

**Theologia Scholastica Secundum Viam Et Doctrinam D.
Thomæ Aquinatis, Doctoris Angelici**

In Celebri Archiepiscopali Benedictina Universitate Salisburgensi, methodo
& norma ibidem usitata publicè tradita, & in IV. Tomos digesta ; Qvorvm
Primvs Tractat De Deo Vno Et Trino, Deq[ue] Creatura Angelica ...

Mezger, Paul

Augustæ Vindelicorum, 1695

Disputatio V. De attributis divinis in specie.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73455](#)

confid. c. 5. ubi dicit, DĒS amat ut charitas, nō
vit ut veritas, sed & ut aequitas, dominatur ut
Majestas, &c. regit ut principium, tuetur ut solus,
operatur ut virtus, revelat ut lux, assistit ut pietas.
Item S. August. 15. de Trinit. c. 5. Si dicam aeter-
num, immortalis, justus, bonus, beatus, spiritus, ho-
rum omnium novissimum, quod posui, videris signi-
ficare substantiam, cetera vero hujus substantia
qualitates.

Refp. Has omnes & similes autoritates commo-
dissimilem intelligi de distinctione penes explicitum
& implicitum, unde quamvis implicitè ratio scien-
tiae divinæ sit etiam ratio substantia, non tamen est
explicite, qui locus in ejusmodi oppositis locu-
tionibus exprimitur.

7. Imo non minus graves sunt authoritatis: SS. PP.
que intima inclusionem unius attributi in alio
suadent, veluti apud S. Anselmum in Monol. c. 16.
cūm dicit: *Idem est, quodlibet illorum, quod omnia*
sunt simul, sive singula, &c. Et post pauca: *cum*
aliquis homo dicatur corpus, & rationalis, & homo:
non uno modo vel consideratione hac tria dicuntur.
Secundum alia enim est corpus, & secundum alia
rationalis, & singulum horum non est totum id, quod
est homo. Illa vero summa essentia nullo modo sic
est aliquid, ut illud idem secundum alium modum,
aut secundum aliam considerationem non sit; quia
quidquid aliquo modo essentialiter est, hoc est totum,
quod ipsa est. Atqui si daretur distinctio excluden-
tis & exclusi, jam aliqua ratione & consideratione
illa summa essentia non esset, quod alia considera-
tione est.

8. Obijc. 2. Cacheranus plura absurdia primo,
quod idem simul esset totum & pars, continens &
contentum: quia quolibet attributum continetur
in essentia, tanquam pars & aliquid ipsum; ac
rursus includeret & contineret essentiam, tanquam
partem sui.

Secundo. Quod omnia divina prædicata forent
transcendentia contra communem divisionem, quā
divina prædicata dividuntur in transcendentia, quā
per omnes divinas perfectiones vagantur, ut esse
aeternum, increatum, infinitum &c. & non trans-
cendentia, quā important perfectiones non va-
gas, sed determinatas, quā proprie sūnt attribu-

ta, ut esse sapientem, omnipotentem &c.
Tertiò. Quod omnia prædicata divina etiam in
sentu reduplicativo possint de se invicem affirmari,
adeoque dici, *Intellectus ut intell. En. vult, &c.* le-
qua probatur. Ens quia transcendit intriora,
potest in sentu reduplicativo dici: *Substantia ut*
substantia est ens: intellectus creata ut intellectus
creata inheret. quia ratio inherentia quamvis im-
plicè tantum; importatur nihilominus in ratio
intellectionis creata: ergo etiam si unum attribu-
tum contineatur in altero, quamvis implicitè;
debet de illo affirmari in sentu reduplicativo.

Refp. ad 1. neg. lequelam, ad cuius probatio-
nem etiam nego antec. nam attributa continentur
in essentia per modum simplicitatis; non per mo-
dum partis, quemadmodum de constitutivo sup.
dixi & ideò S. August. l. 11. de civ. c. 10. de DĒO
dicit: *quidquid habet, hoc est, excepto, quod re-
lativo ad alterum est.*

Ad 2. nego esse absurdum, quod omnia prædi-
cata divina sine transcendentia, &c. ait, hoc esse de
ratione actus puri. Illam porro divisionem prædi-
catorum in transcendentia & non transcendentia
dico pertinere ad modum significandi, non ad
rem significatam. Ad 3. in primis retorique ar-
gumentum: nam falsum est, quod enī ut ens sit
bonum; quantumvis transcedat bonitatem, &c.,
falsum quoque est, *Immaterialitas quātatis est aeterni-*
tas, & tamen per Adversarios utrumque est præ-
dicatum transcedens, ergo ex transcedentia ali-
cujus prædicti non recte infertur, quod in sentu
reduplicativo possit de altero prædicari, & ideò
Resp. 2. neg. antec. cūm enim reduplicatio non
cadat supra id, quod implicitè & materialiter, sed
quod explicite & formaliter continetur in sub-
jecto, falsum est, quod substantia quā talis sit
Ens, hoc enim est ipsi materiale & commune cum
accidente, sed quod sit per se existens: aliā cut
non etiam verum esset, *Perrus quā Perrus, homo*
quā homo est ens, quod tamen Dialectici non
concesserint. Ad alterum quoque propositionem,
intellectus creata quā intellectus creata inheret.
Resp. Nec illam esse veram, siquidem explicitus
conceptus creature non dicit esse in alio, sed
ab alio.

DISPUTATIO V.

DE

Attributis Divinis in specie.

Consideratis attributis divinis in communis,
ad eadem in particulari consideranda accedi-
mus & illa hoc capite complectimur, quae ad
esse DĒI pertinent, ac magna ex parte negati-

vis nominibus efferuntur, ut simplicitas, infini-
tas, immutabilitas, &c. De illis vero, quae ad
operationem pertinent, ut scientia, providentia,
cum S. Doct. Specialibus titulis inf. dicimus.

AR-

ARTICULUS I.

De Bonitate, veritate & unitate DEI.

SUMMARIUM.

1. Triplices datur perfectio.
2. Quid si perfectio secundum quid, & simplicitas simplex.
3. Tres conditiones ad perfectionem simpliciter simplicem.
4. Triplex bonitas in rebus.
5. Bonum quomodo diffusum sit?
6. Deus optimus omni genere bonitatis.
7. Contineat formaliter omnem perfectionem simpliciter simplicem.
8. Diffusus sit.
9. As creature cum DEO simul sumpta faciant complexum majus?
10. At Deus possit creare creaturam perfectissimam?
11. Deus est maximè unus, quia est sumum esse.
12. Multitudine defertur perfectionem.
13. Veritas in DEO reperitur omnibus modis.

§. I.

Bonitas DEI.

- N**otandum primum. Dari triplicis generis perfectiones. Nam primo aliae sunt simpliciter increatae, que nulli nisi enti à se possunt competere, ut sunt infinitas, immensitas &c. Aliae sunt puræ & simpliciter creatae, ut esset rationale, vegetans &c. aliae in suo proprio formaliter concepta ab ente creato & in creato, & uniuerso conveniente possunt, ut vita, libertas, sapientia, bonitas &c.
2. Secundum generis perfectiones dicuntur *perfectio secundum quid*, quia in suo formaliter concepta non limitationem & exclusionem aliquo portationis melioris se, ut esset lapidis excludere viventis &c. Primi & secundi generis perfectiones sunt & dicuntur simpliciter simplices. hoc est, ex D. Anselmo Monologii c. 14. quoniam qualibet est melius ipsa, quam non ipsa, seu cuius formaliter rationem enti ut sic melius est habere quam non habere.
 3. Unde triplices ad ejusmodi perfectionem conditio requiritur: prima est, ut sit forma realis intrinseca, non confitens in negatione, ente rationis, denominatione extrinseca. Secunda ut in formaliter, seu explicito concepuatur dicat perfectionem, & non praescindat a perfectione, quemadmodum praescindere videtur relatio. Tertia, ut non excludat perfectionem aequalem, aut meliorem. Sic v.g. vivere est perfectio simpliciter simplex, quia vita est forma realis positiva, dans perfectionem, que esti excludat aliquam perfectionem minorem se, ut est esse lapidis, non tamen aequalis, aut majoris, ut est ratio scientiae, bonitatis &c. ideoque que enti secundum se melius est vivere, quam carere vita.
 4. Non canitur secundum. Bonitatem triplicem inventari in rebus. Unde est prima *bonitas absoluta & fundamentalis*, quia illud bonum dicimus, cui nihil debet ex omnibus ad eum perfectionem & integratem in suo genere pertinentibus. Et sic idem R. P. Metzg. Theol. Schol. Tom. I.

est bonum, quod perfectivum secundum S. D. 1. p. q. 4. a. 1. in c. Secunda est *bonitas respectiva*, seu transcendentalis, qua est convenientia cum appetitu & voluntate, tamque consequtur appetitus. Tertia est *bonitas moralis* propria naturæ intellectuali, estque restringido & conformitas ad regulam rectæ rationis, que ut reperta in actibus liberis est actualis, in habentibus est habitualis, & quandoque justitia vel sanctitas appellatur.

Notandum tertio. Bonum, praterquam quod sit in se ipso perfectum, etiam esse perfectivum aliorum, ex quo dicitur *diffusum sit*, idque vel effectivæ, tribuendo esse alteri; vel formaliter, attraheendo & alliciendo appetitum. His potius sit.

Conclusio. DEUS est per essentiam suum, sive nomine bonus & perfectus omni genere bonitatis (2.) ideoque contineat omnem perfectionem simpliciter simplicem formaliter, alias vero tantum eminenter (3.) estque vel maximè diffusivus sit bonitatis.

Prima pars probatur. Nam vel est sensus de bonitate absoluta; & hoc ipso quod DEUS est ens à se, suum esse, & actus purus essentialem exclusivus omnis potentialitatis & limitatis, est in se perfectissimus. Vel est sensus de bonitate moralis, & sic iterum ex eo, quod DEUS est formalissime suum esse, tam est per essentiam indefectibilis à recta regula operandi, quam est indefectibilis à se ipso, ut indicatur Luc. 1. *Nemo bonus nisi filius DEI.* Levit. 19. *Sancti estote, quia ego sanctus sum, Dominus Deus vester,* & II. 6. *Sanctus sanctus,* sanctus. Vel tertio est sensus de bonitate i.e. peccativa, & sic iterum DEUS seu essentia per essentiam existens & infinitè intelligibilis est suum ipse primum voltum, & tam suus, quam cujuslibet naturæ rationalis finis ultimus, quippe que aliunde quam DEI visione & fruitione nequit satiatu.

Secunda pars significatur. Ex. 33. ubi DEUS 7:2 Moysi iuri ostensionem promittens, ostendam tibi, inquit, omne bonum, ideoque D. August. in illud pl. 49. *Pulchritudo agri mecum est, quid enim, inquit, cum illi non est? cum illo ager, cum illo species terra, cum illo species cali, cum illo omnia voluntaria, quia ipse omnia.* Et ratio principaliter determinat ex ratione entis à se per essentiam: quia essendi plenitudo includit omnem perfectionem (qua libet enim perfectio est quoddam esse) sed ex ratione entis à se & per essentiam DEUS est ipsa plenitudo essendi, sicut & actus purus, infinitus, causa omnis perfectionis, tamque proin vel formaliter, vel eminenter, praecontinet, ergo.

Quod autem perfectiones secundum quid non continentur in DEO formaliter, ratio est: quod illa dicuntur in DEO contineri formaliter, que DEUM formaliter denominant, sed sola perfectiones simpliciter simplices eundem formaliter denominant: est quippe formaliter sanctus, justus, vivens, &c. DEO quoque tribuendum quod melius est, sed istas perfectiones formaliter habere, est melius, quam non habere formaliter, ergo. Atqui

50 Tractat. I. Disputatio V. Proemialis, Artic. I. §. I. & II.

perfectiones secundum quid DEUM non denominant formaliter propter adjunctam imperfectio-
nem: neque enim DEUS nisi per metaphoram di-
citur, Agnus, Leo, &c. ergo ista perfectiones non
sunt formaliter in DEO.

8. Tertia pars constat: quia DEUS est causa effe-
ctiva, idealis & finalis omnis creatae perfectionis:
qua velut rizulus ex illo infinito fonte essendi par-
ticipare dimanat, ut eleganter exprimit D. Aug-
super p. 134. dicens: *Omnis aliquid bonum, alio bo-
num est, solus vero DEVS est se ipso bonus; bonus
omnium bonorum, bonum a quo sunt omnia bona, bo-
num sine quo nihil est bonum, & bonum, quod sine
ceteris bonum est.*

9. Quares primò. Utrum DEUS & creaturæ simul
sumptas faciant aliquod complexum saltem extrin-
secè majus & melius, quam sit DEUS se solo seor-
um sumptus?

Respondeo negativè cum S. D. in 1. 2. q. 34.
a. 3. ad 2. & in hunc sensu D. Augustinus tr. 11.
in Jo. Si fueris sub DEO, minor eris, si fueris cum
DEO, DEUS major non erit: vel ex se ille maior;
sed tu sub illo minor. Ratio est primò, quia finitum
additum infinito non facit majus: sed DEUS est infinite bonus; omnes creaturæ sunt quid finitum.
ergo.

Secundò. Cum omnis creata perfectio sit imper-
fectioni permixta, vel deberet facere majus bonum
per additionem sue imperfectionis, vel perfectio-
nis: non imperfectionis, ut patet: non perfectionis,
quia haec modo infinitè præstantiori præcontine-
tur in DEO.

Quòd si tamen per ly extrinsecè majus bonum,
nil aliud intelligas, quamquid sint plura bona ha-
bentia perfectiōne, sic utique DEUS & creaturæ
sunt quodam numerum habentia majus bonum,
quam solus DEUS, qui tamen loquendi modus est
improprius.

10. Quares secundò. An DEUS creare possit crea-
turam optimam seu perfectissimam?

Respondeo negativè: quia deberet creare al-
terum le: aut enim aliqua perfectio decesset illi
creaturæ, aut non? si decesset, hoc ipso non esset
perfectissima; si nulla decesset, foretactus purus,
adeoque DEUS, & consequenter esset ex supposi-
tione creatura, & simul ens in creatum, quod im-
plicat.

§. II.

Vnitatis & Veritatis DEI.

CONCLUSIO I. DEVS est maximè unus S. D. 11.
Cq. 9. a. 3. & 4. Ratio ejusdem est primò. Idem
formaliter est in DEO principium, quo est DEUS,
& quo est hic DEUS: ergo DEUS maximè est unus,

Antec. constat ex dictis: quia esse DEI est natura
ipsius, & ipse est suum esse. Consequentia probatur. Per quod aliquid formaliter est immultiplica-
ble & indivisum, per illud principium est maximè
unum: sed natura DEI per suū esse, quo constringitur
natura DEI, etiam constituitur hac natura immul-
tiplicabilis: ergo hoc ipso deberet esse maximè una.
Ratio perit secundò ex infinitate divina per. 12.
rationis, quæ destruetur per multiplicationem
Deorum. Nam si darentur plures Dei, different ab
invicem. Vel ergo id, in quo differt, esset per-
fectio, vel imperfectio. Si imperfectio, hoc ipso
non esset infinitè perfecti; si perfectio; jam unus
non haberet omnem perfectionem, quam haberet
alter; adeoque rursum non essent infinitè perfecti.

CONCLUSIO II. DEVS est summè verus. 13.
Ratio est: quia veritas triplici modo potest recipi,
primò quòd sit conformitas dicti ad mentem &
conceptum dicentes, estque veritas in dicendo:

Secundò quòd sit conformitas intellectus ad rem
cognitam, quæ est veritas in cognoscendo: ac ter-
tiò, quòd sit conformitas rei cognitæ ad intellectum
cognoscencem, & est veritas in esendo. Sed omnibus istis modis DEUS est summè verus,
& quidem primò in dicendo, quia fallere non pos-
test, ut ex instituto probant Theologi in tractatu
de fide. Secundò etiam in cognoscendo & esendo,
prout ipse indicat Jo. 14. de se dicens: ego sum
via, veritas, & vita: Nam nulla est major conformitas
rei cognitæ cum intellectu divino, quam sit
suum esse essentia; ceu objecti connaturalissimi: hac
quippe est conformitas summæ identitatis, cùm ut
ex S. D. supra vidimus, in ipso intellectus & intel-
lectum, hoc est, essentia cognitæ, sint idem omnibus
modis. Unde etiam est summa conformitas
sui intellectus parvum cum objecto primario &
connaturalissimo suum esse essentia secundum dicta,
parvum cum objecto secundario creaturarum: si
quidem omnium illarum veritas in intellectu di-
vino ideatur, & ab illa tanquam causa exemplati
dependeret.

ARTICULUS II.

De simplicitate DEI.

SUMMARIUM.

- 1. Simplicitatis definitio.
- 2. Et divisio.
- 3. DEV M esse simplicissimum probat esse a se.
- 4. Ratio actus primi,
- 5. Et infinita perfectio.
- 6. Hinc excluditur compositione physica.
- 7. Neque admittitur compositione ex subiecto & ac-
cidente.
- 8. Neque metaphysica.
- 9. Neque logica.
- 10. Attributa junguntur essentia per intellectum,
non propriæ componuntur.
- 11. Datur in DEO fundamentum distinguendi; non
componendi per rationem.
- 12. An actualis predicatione componat.
- 13. Implicat DEV M componere per modum
partis.
- 14. Non implicat componere per modum termini,
et formæ totalis.
- 15. Quomodo simplicitas sit perfectio simplicitat-
is simplex.
- 16. Analogice abstracta non est perfectio.
- 17. Compositione est perfectio secundum quid.
- 18. Mysterium SS. Trinitatis non obstat simplicitati.
§. I.

De attributis Divinis in specie.

51

§. I.

*Exponitur & astrictur simplicitas
DEI.*

Nonandum primum. Simplicitatem, quæ hoc loco significat modum entis oppositum compositioni, communiter & rectè definiti, quod sit *unitas expressi compositionis*, ubi per *ly unitas removetur multitudine incomposita*, seu plura per accidens aggregata; per *ly expressi compositionis genus unitatis*, quod est etiam *commune compositum*, contributum ad *simplificam*, sive partes, carumque *unitatis distinctio removetur*: siquidem comparsio est distinctio *unitatis*.

Nonandum secundum. Simplicitatem rectè dividendi in *absolutam*, que est rei in se ipsa, & relativa, que est in ordine ad aliud. Prior oppositum compositioni *intrinseca*, posterior *extrinseca*.

Compositione intrinseca & ad intra, que etiam dicit *compositionis huius ex his*, denominat aliquid

pars comparsum in se ipso, eaque *triplex numeratur*; nempe *physica ex materia & forma*: *partibus integrantibus: subiecto & accidente*: *metaphysica ex essentia & existentia*, *supposito & natura*; *logica ex genere & differentia*. *Compositione extrinseca*, vel ad extra est duplex: *primum compositionis huius cum aliis*, que denominat aliquid activè comparsum cum alio à se distincto, veluti forma substantialis, quamvis in se physice simplex, tamen vent in compositionem cum materia prima à se distincta. *Quibus communiter in tract. de Incarn.* additur *compositionis huius*, hoc est, *conjunction extremitum in aliquo medio dante*, non accipiente unitatem ab illis, ut est in Christo *conjunction duorum naturalium in persona Verbi*, de quibus suo loco.

CONCLUSIO. *D E U S* est realiter formaliter *simplissimus simplicitate excludente omnem realem passionem compositionem*. Est quod realiter simplicitatem fidis, ex Conc. Lateran. in c. firmiter, & Florent. supra disp. 4. a. 1. §. 2. allegatis, ad stipulamus SS. PP. ibidem adductis, quibus admissimus Boetium de Trin. loquenter.

*Simplex esse, simplex posse,
Simplex velle, simplex nōesse,
Cuncta sunt simplicita.*

*Ratio S. D. è SS. PP. desumpta est primò. Ens primaria & à se non potest esse comparsum: DEUS est ens primium & à se: ergo. Major probatur: Omne comparsum est natura posterior suis partibus, tanquam elementis & principiis, è quibus comparsum, requirit etiam causam, quæ illas partes inter se uniat: unde D. Ambros. tr. in symb. c. i. *DEUS comparsus esse non potest: cùm aliqua anteriora exitisse sit nefas & Cyrill. Alex. l. 3. thes. c. 4. quomodo Pater omnium rerum principium erit, si non simplex, sed comparsus erit? priusnam enim simpliciter hanc quaquam comparsum esse potest, quia nihil potest praetelligi, a quo comparsus, &c.**

Ratio est secundò: Omnis comparsus dicit imperfectionem actui puro infinitè perfecto repugnat: ergo in DEO non habet locum. Antec. confitit partim: quia qualibet pars intrinsecè comparsa.

R.P. Mex. Theol. Schol. Tom. I.

ponens est imperfectior suo toto; cùm totum sit aliquid, quod non est pars: partim quia est in potentia ad totum: ideoque D. Damasc. l. i. d. fide orthod. *quidquid ex pluribus componitur, ex imperfectis conflatur*. Adde quod pars non est ipsum totum, atque in DEO nihil potest esse, quod non sit DEUS: alioquin jam esset ens creatum: ergo,

*Ratio est tertio. Quidquid est perfectius, de 50 DEO dici debet: sed esse simplicem ceteris partibus est perfectius, quam esse comparsum: dicit enim modum habendi sua perfectiones sine indigentia, collectionem magisque unitum, ideoque praestan- tiorem, prout agnoscit D. August. l. d. quant. anima c. 11. dicens: *onne simplex est perfectius comparsum. Et D. Anf. de Incarn. V. c. 8. vero iudicio simplex multiplici antefertur.**

§. II

Corollaria.

Infers primò. Non esse in DEO admittendam aliquam compositionem, neque ex materia & forma, neque ex partibus integrantibus quantitatibus, neque ex potentia & actu, siquidem est actus purus, adeoque omnis materia potentia & ex-

pers. Infers secundò. In DEO non dari compositionem ex subiecto, & accidente. Id enim probant authoritates & rationes preallegatae: specialiter etiam de istis qualitatibus D. Leo I. ep. 93. ad Turi- bium: *de DEO quicquid digne sentitur, non qualitas est, sed essentia: incommutabili enim nihil accedit*. Et D. August. l. d. cognit. vera vite c. 3. *Ratio adstruit, nihil DEO accidentale, sed totum quod praedicitur de eo, ei esse essentiale*. Plura de hoc tum contra Vorstii Calvinistæ objections ex liberis decretis petitas, tum contra novam quorundam RR. opinionem de accidentibus non quidem DEO inhalatis, sed adhæsisvis infra, ubi de Immutabilitate DEI.

Infers tertio. Repugnare in DEO compositionem ex essentia & existentia; siquidem est formalissimum suum esse irreceptum, & ens à se exclusivum omnis causa essentiam & existentiam conjungens: Nec non compositionem ex natura & supposito; siquidem ita subtilit, ut sit sua essentia; & comparsum utriusque supponit natura supposita potentialitatem, quæ ab actu puro exultat.

Infers quartò. Neque logicam compositionem rationis ex genere & differentia posse habere fundatum ex parte DEI, quia hac compositione importat finitatem essentialem & dicit ex parte conceptus generici potentialitatem; sed finitatis, limitationis, potentialitatis, nullum datur in DEO fundatum: ergo, &c.

Sed nunquid saltem potuit cum fundamento in re 10. dari comparsum rationis inter essentiam & attributa? si enim simplicissima unitas variarum perfectionum in DEO potest esse fundatum varias rationes obiectivas ratione distinguendi, cur non potius ut fundatum easdem rationes distinctas comprehendendi? Respondeo. Quamvis unitas divinarum perfectionum in nostro intellectu sit fundatum, perfectiones divinas de se mutuo prædicandi, adeoque conjugandi: non tam propter propriæ compo-

G 2

nendi, siquidem ejusmodi prædications v. g. *D E U S e s t i s t u t u s*, non significant resultantiam aliquas tertii è 2, extremis, sed simplicem utriusque identitatem.

11. Erat instantiam Resp. disparitatem esse, quod distinctio rationis nihil ponat ex parte objecti, sed tantum aliquid relinquat, in quantum unam formalitatem alium ad intellectum, non asumpta altera; cuius fundamentum sufficiens reperitur in objecto virtualiter multiplici juxta prius dicta: sed si faceret compositionem rationis, poneret compositionem in ipso objecto, qua in DEO fundamentum habere nequit, eo quod conceptus compositionis ab omni imperfectione nequeat separari.

12. Inquis: Compositio nihil est aliud, quam distinctorum unio: sed intellectus per actualem prædicationem unit v. g. attributa & relations cum essentia, quas ante per simplicem apprehensionem distincterat, cum dicit v. g. *D E U S e s t s a p i e n s , i u s t u s &c.* ergo intellectus facit compositionem in DEO. Præfertim cum juxta celebrem D. Th. doctrinam noster intellectus juxta suam connaturalem modum intelligat componendo & dividendo, illud per affirmationem, hoc per negationem.

Resp. Compositio est distinctorum unio, ut presuppositivè & præcisivè distinctorum, nego: ut positivè, & in actuali coniunctione distinctorum, conc. sed intellectus conjungit v. g. essentiam cum attributis per actualem prædicationem, ut presuppositivè & præcisivè distincta, conc. ut in ipsa actuali coniunctione distincta nego. Vel secundò, ut exprimens simplicem identitatem inter illa conc. ut exprimens coalecentium distinctorum, nego. Ad illud, quod intellectus noster intelligat componendo. Resp. compositione secundò intentionaliter se tenente ex modo concipiendi, conjungendo nimurum prædicatum cum subjecto, conc. ex parte rei concepta, nego.

13. Inferes quinto. Implicare contradictionem, ut DEUS veniat in compositionem aliorum per modum partis materialis vel formalis incompletæ: Ratio ex dictis patet, quia conceptus partis, sive formalis sive materialis est inseparabilis ab imperfectione dependentia, primò à causa efficienter determinante ad esse unitum; secundò à se mutuò; et tertio à toto compositioni, respectu cuius sunt aliquid incompletum, qua omnia repugnant rationi actus puri, & entis à se.

14. Inferes tamen sexto. Non repugnare divina vel simplicitati, vel actualitati, ut DEUS per modum forma totalis & termini intrinsecè actuans & complevit veniat in compositionem extrinsecè cum his & in his: ita enim defectus in compositionem venire docet Mysterium Incarnationis; ubi duarum naturarum Divina & humana unionem in Persona Verbi, sicut & ipsius Verbi cum natura humana secundum compositionem factam definit tertia synodus generalis his verbis: *si quis non constitutur unionem verbi ad carnem coniunctionam anima rationali secundum compositionem anabema sit.* Et v. syn. Gen. collat. 8. can. 4. *sancta DEI Ecclesia*

unitatem Verbi ad carnem secundum compositionem confitetur. Cujus ratio est, quod tunc compositionem ex parte DEI non dicere rationem partis, sed termini vel extremi perficientis & actuantis, quod ipsi convenient ex ratione actus puri, prout etiam Divinam essentiam cum intellectu Beati uniti dicemus infra in dilp. 7. de specie impresa in visione beatifica.

Inferes septimo. Omnimodam simplicitatem, qualis est divina, faltem ex parte rei significata esse summam perfectionem simpliciter simplicem, quia sic modum habendi suas perfectiones perfectissimum & unitissimum soli citi increato proprium, non minus, quam infinitas & immensitas sunt modi esendi soli DEO proprii, quamvis quod modum significandi non exprimat positivam perfectionem, sed potius negationem: quia in formali modo significandi exprimit negationem compositionis, compositionis autem, seu unio distinctionum est quid positivum.

Si autem loquamur de simplicitate ut sic analogice abstracta à DEO & creaturis, conformis est S. D. & ratione non esse perfectionem simpliciter simplicem, nec in modo cognoscendi, nec in re significata; quia ut sic est modus entis indifferens ad omnes gradus ipsius: & in aliquibus reperitur cum perfectione, ut in Angelo, in aliquibus cum imperfectione, ut in materia prima, elementis &c. in relatione vero praescindit ab utroque, ut loco dicitur, ideoque S. D. in 4. d. 11. q. 2. a. 1. quæst. 1. ad 1. dicit: *Simplicitas per se non est causa nobilitatis, sed perfectionis; unde ubi perfecta bonitas invenitur in uno simplici, simplex est nobilis, quam compositum, quando vero contra re est imperfecta, licet sit simplex, compositum erit nobilis, sicut homo est nobilis terra.*

Quod ergo aliqua creatura tantò simpliciores sint, quanto nobiliores, id non ex natura simplicitatis, sed actualitatis provenit, cui simplicitas applicata invenitur: unde in iis, quæ magis propinquant ad potentiam, & recedunt ab actu, opposito modo res habet: illa enim quod simplicitas est sunt imperfectiora, & ut S. D. hic a. 7. ad 2. *composita sunt meliora simplicibus.*

Dices: Simplicitas opponitur imperfectioni, quæ dicit imperfectionem: ergo debet esse perfectio.

Resp. Compositionem intrinsecam formaliter non esse imperfectionem, sed perfectionem admixtam imperfectioni: est enim formaliter unio positiva partium intrinsecè componentium: unde non sequitur, quod simplicitas ut sic formaliter dicat perfectionem.

Inferes octavo. Mysterium SS. Trinitatis nequam obesse Divinæ simplicitati, prout D. August. d. Civ. l. 11. c. 10. *Hac Trinitas non DEUS est, nec ideo non simplex, quia Trinitas.* Vel enim divinæ persona ad se invicem comparantur, & sic nequaquam componuntur, sed opponuntur; vel cum divina essentia & perfectionibus absolutis, & sic iterum non componuntur, sed simplicissime identificantur.

ARTICULUS III.

De Infinitate DEI.

ad q. 7.

S U M M A R I A.

1. *Acceptio & divisio infiniti.*
2. *Infinitus DEI de fide.*
3. *Habetur tum ex ratione entis à se, tum actus puri.*
4. *Essentia creatæ possibilis pendet à divina sapientia.*
5. *Aqua mediatæ & radicaliter etiam pendet rerum impossibilitas.*

§. Unicus.

Infinitas DEI exponitur, & affiratur.

1. *INfinitus ex ipsa vocis notione illud dicit, quod sine finem caret.* Aliud dicitur infinitum simpliciter & in toto genere entis; aliud secundum quid, hoc est, in certo genere entis, ut si daretur infinita linea, tantum esset infinita in genere quantitatis, si daretur infinitus calor, esset infinitus in genere qualitatis.
 2. *Conclusio.* DEUS est per essentiam simpliciter infinitus. Est de fide è S. textu p. 144. *Magnitudinis eius non est finis.* Baruch. 3. *Magnus est, & non habet finem, excelsus & immensus.* Ideo SS. PP. præter Damascenus l. 1. de fide, DEUM vocat *interminatum essentia per legem.*
 3. *Deducitur tum ex ratione entis à se, tum ex ratione actus puri.* Nam ens, quod caret limitacionibus & terminis essendi, est infinitum simpliciter & in genere entis, DEUS caret limitacionibus, ac terminis essendi. ergo. Minor probatur: Omnis terminus, quo potest actualitas essendi limitari, aut est extrinsecus, aut intrinsecus; sed DEUS ceuens à se & per essentiam utrumque excludit. ergo. Minor probatur: quia terminus ex trinsecus est causa producens, quem excludit ut ens à se, rursum terminus intrinsecus esset essentia
- quatenus receptiva & contractiva existentia, sed esse à se est formalissimum ipsa DEI essentia, adeo que esse irreceptum, siveque infinitum in genere entis. Rursum: actu puro nulla potest abesse entis perfectio, consequenter debet esse infinitus in omni genere entis.
- Obijecies. Etiam si rerum essentiae suam possibiliteratam habeant à se & non independenter ab alio, non ideo sequitur ipsas esse infinitas; ergo tametsi DEUS sit ens à se, inde tamen non recte inferitur, quod sit infinitus.
- Repl. negando suppositum antecedentis; nam essentiae creatæ possibilis dependet à dictamine divinae sapientiae: neque (si loquamur per rationem à priori) verum est, ideo DEUS potest hominem potius ponere quam chimeram, quia ex se possibilis est, vel non repugnat: sed ideo possibilis est, quia omnium rerum artifex divina scientia in suis ideis dicit, ita & non aliter fieri debet. Non ideo tamen DEUS Angelum, vel hominem potuit aliter facere, quam sit possibilis, quia istud dictamen, & ista idea pertinent ad scientiam necessariam simplicis intelligentiae, divine voluntati præsuppositam.

Dices: Impossibilitas rerum, v. g. chimera, non fundatur aut penderit ex DEO; penderet enim ex defectu divinae potentiae, quod dicere est absurdum. ergo neque possibilis opposita penderet ex DEO.

Respl. neg. antec. Etiam si enim non immediata, mediata tamen & radicaliter etiam ipsa impossibilitas & repugnancia rerum fundatur non in defectu, sed perfectione divinae potentiae & scientiae; quippe quæ dictando & continendo perfectionem alicuius essentiae & naturæ, hoc ipso facit illam repugnantem & impossibilem cum altera adæquatè diffingat.

ARTICULUS IV.

De Immensitate DEI.

ad q. 8.

S U M M A R I A.

1. *Explicatio immensitatis.*
2. *Fides docet DEVM immensum.*
3. *Ratio S. D. probat ex Omnipotencia.*
4. *Alia operatio DEI immanens, alia virtualiter transiens.*
5. *Auctoritas script. pro ratione S. D.*
6. *Ratio ex contactu virtutis.*
7. *Infinitus ex immediatione virtutis occurritur.*
8. *DEVS de novo est in creaturis per illarum mutationem,*
9. *Et tanguam illas continent.*
10. *Specialis DEI presentia reducitur in operationem.*

11. *Negatur petitio principii.*
12. *Quomodo prius sit esse, quam operari.*
13. *Immensitas constituitur per virtutem operantem.*
14. *Ideo prior operatione.*
15. *Immensitas distinctum attributum ab omnipotencia.*

§. I.

*Exponitur & astrictur immensitas**DEI.*

Considerata absoluta infinitate, hunc consideramus modum infinitum DEI existendi in rebus, qui dicitur immensitas, estque virtus infinita

G 3

54 Tractatus I. Disputatio V. Præemialis. Art. IV. §. I. & II.

nita repletiva loci, seu virtus diffusiva sui per omne spatum: actualis quippe diffusio & repletio loci, non ab eterno, sed ex tempore DEO convenit per connotationem ad creaturas existentes, & alias ubiquitas, vel omnipräfentia dicitur: at virtus diffusiva necessariò & ab eterno DEUM denominat, ideoque constituit attributum Immensitatis.

2. CONCLUSIO. De fide est DEVM esse immensum. S. D. q. 8. a. 1. & 2. Constat ex Symbolo Athanassii: *Immensus Pater, immensus filius, &c.* ex Concil. Later. in c. firmiter è pluribus S. script. textibus, ut pf. 138. quò ibo à spiritu tuo? in que Chrysost. *Quò à te proficišcar? omnia implexa, omnibus ades, non per partes, sed omnibus simul torus.* Jer. c. 33. *Nanquid non celum & terram ego impleo?* Neque Ethnici hac veritas latuit, è quibus Scn. l. 4. de benef. c. 8. nihil ab ipso vacat, opus suum implet. & Poëta

Jupiter est, quodcumque vides, Jovis omnia plena.

3. Rationem immensitatis dat S. D. ipsam omnipotentiam; sicut & actualis omnipräfentia, operationem DEI in rerum omnium essentiis intinsecè illabentem: Ibi DEUS est intimè præsens per substantiam, ubi operatur: sed DEUS omnia in omnibus operatur, etiam ipsum esse rerum: ergo DEUS est rebus omnibus intimè præsens: cumque virtus omnia in omnibus operandi ipsi ab eterno conveniat: etiam ab eterno convenit virtus omnia replendi, seu in omnibus existendi, quæ est immensitas.

Ceterum duo hic ensunt dubia, primò: an hæc data ratio Immensitatis sit formalis & aquata? Secundò: An DEUS ratione sua Immensitatis de facto sit in spatiis imaginariis? hoc est in illa vasta & inani capidine, quæ ultra cæli supremi extinam superficiem secundum nostram imaginacionem in immensum extensit. Sit igitur ad prioris questionis resolutionem.

§. II.

Propugnatur ratio D. Thome.

4. Supponit aliam esse operationem DEI penitus immanentem, aliam virtualiter transeuntem: quamvis enim omnis operatio DEI sit actus formaliter immanens, utpote actus intellectus vel voluntatis, non solum in DEO, sed penitus idem cum ipso existens, aliqui tamen nullum relinquent effectum creatum, luntque actus necessarii, quibus v. g. se ipsum cognoscit, amat, &c. aliqui relinquent effectum creatum, ut est creatio mundi, justificatio &c. ideoque dicuntur virtualiter transeuntes, nempe non ratione sui & ex parte DEI; sed ex parte & ratione effectus producti. De qua posteriori proinde operatione procedit quæstio.

5. CONCLUSIO. Operatio DEI virtualiter transiens est ipsi ratio formalis, existendi in rebus. Ita cum Angelico Doctor eis Discipuli. Probat omnipräfentiam, quæ ex ipsis intrinseca operatione. David quippe postquam dixerat: *Si ascendero in celum, tu illic es, &c.* hanc subiunxit causalem: *etenim illuc manus tua* (hoc est virtus & operatio) *deduct me, & tenebit me dextera tua.* Ille vero ut Atheniensibus persuaderet: *DEVM non longè esse ab unoquoque nostrum, rationem reddidit: in ipso enim vivimus, movemur, & sumus.* Eandem dat rationem D. Anselmus Monol. c. 22. *quoniam nihil sine DEO potest aut esse, aut conservari, dicere cogimur, DEUM ubique & semper esse.*

Probatur secundò fundamentali ratione S. D. 6. Cum substantia præstet spiritualis ex se sit indifferens ut sit in aliquo vel nullo; in hoc, vel illo loco, propriumque substantia sit, non in aliquo, vel ad aliquid, sed esse & dici ad se, & in se: idcirco formalis ratio essendi in loco non potest esse rei substantia, sed dimensio & contactus: atqui DEUS ad res creatas non habet alium contactum quam virtutis, qui est operatio ipsius; ergo non nisi per contactum virtutis seu operationem formaliter est in rebus. Sic etiam S. D. in 1. diff. 37. q. 1. a. 2. dicens: *Essentia DEI cum sit absolute ab omni creatura, non est in creatura, nisi in quantum applicatur fibi per operationem, & secundum quod operatur in re, dicit esse in re.*

Dices: Hac ratione nondum probari, quod 7. DEUS rebus omnibus sit præsens per suam substantiam: quia ad contactum operationis non necessario requirit suppositi immediatio, sed sufficit immediatio virtutis.

Sed contraria est. Operatio de qua cum Apostolo & D. Anselmo S. D. loquitur, & virtus operativa, est illa, quæ DEUS omnia in omnibus operatur, conservando illorum esse; sed hæc operatio necessariò requirit immediationem suppositi: nam virtus influxiva totius esse, ejusque conservativa est virtus creativa totius entis, quæ sicut & ipsa creatio activa est intranea DEO & cum ipsis esse identificata, ut ex Philosophicis suppono; atqui hæc virtus operativa est influxiva totius esse; ergo est penitus identificata cum esse divino; ac proinde si DEUS per suam operationem sit præsens immediatione virtutis, hoc ipso quoque sit præsens rebus secundum immediationem suppositi. Major constat, quia virtus influxiva & conservativa totius esse est causativa entis ut sic tanquam effectus universalissimi ex nihilo produci; cum subtrahatur tali influxu res protinus abiatur in nihilo; sed hæc est virtus creativa: ergo.

Confirm. primò. DEUS tanquam in se immutabilis de novo existit in creaturis non per sui mutationem aut applicationem ad creaturas, sed ipsas immutando, fibi applicando; sed hoc sit per operationem transeuntem, ergo.

Confirm. secundò. DEUS est in rebus tanquam illas continens & ut Apost. Hebr. 1. portans omnia verbo virtutis sue, & quatenus illabitur in earum essentiam & terminos effendi: nam hæc est intima præfentia soli DEO propriæ; sed hoc fit per ipsius operationem virtualiter transeuntem & conservativam ipsius esse. In essentiam enim inquit, S. D. in 2. d. 8. q. 1. a. 5. ad 3. non intrat, nisi ille, qui dat esse, scilicet DEVS Creator.

Confirm. tertio. Specialis DEI præfentia, quæ 10. DEUS v. g. justis est præsens per gratiam, beatis per gloriam, reducitur in ipsius operationem virtualiter transeuntem: ergo & omnipräfentia universalis.

Dices

De attributis Divinis in specie.

55

11. Dices primum. Hacratio S. D. videtur petere principium, quia omnipotentiam DEI probat per immediationem suppositi, qua ipsa nihil aliud sit, quam interna praesentia, ergo. Resp. nego antec. ejusque probationem: nam S. D. ultimato probat omnipotentiam DEI ex universalissimo modo operandi, necessario procedente ex virtute increata & inferente immediationem suppositi.
12. Dices secundum. Prius natura est DEUM esse aliebi, quam ibi operari: ergo ex operatione transiente DEI non recte probatur ipsius omnipotencia & immensitas. Antec. probatur: quia operari sequitur ad esse, & prius est rem esse, quam operari.
13. Responde. Nego antec. & ad probationem dist. antec. prius est esse quam operari ad extra in linea effendi, conc. in linea locandi, vel effendi alicubi, sic nego. Nam in linea locandi, primum est ratio locandi, alterum ipsa res locata.
14. Dices tertium. DEUS ab aeterno fuit immensus, quamvis ab aeterno nihil fuerit operatus: ergo immensitas est prior ratione quam operatio. Resp. conc. totum, quia immensitas formaliter non constituitur per operationem sed per virtutem operandi.
15. Dices quartum. Immensitas DEI reddit DEUM rebus praesentem praesenti infinitam: sed immensitas est prior operatione; ergo DEUS per prius redditus praesens rebus, quam operatur in ipsis. Resp. dist. min. immensitas ut virtute DEUM faciens praesentem, est prior operatione conc. faciens actu presentem nego. ergo per prius DEUS redditus rebus praesens, quam operetur, virtute, conc. in infinitum.

Si dicas: Hac ratione immensitas non constituit distinctum attributum ab omnipotencia. Resp. nego seq. nam immensitas non constituitur formaliter per virtutem operandi praeceps ut talis; sed per ipsam ut diffusivam divinam substantiam & virtualiter extensivam sine fine & termino in infinitum.

ARTICULUS V.

Sitne DEVS in spatiis imaginariis.

S U M M A R I A.

1. DEVIM non esse in spatiis imaginariis probatur multiplex ratio.
2. Similis autoritas S. script. & PP.
3. Rejicitur ubicatio intrinseca absoluta.
4. Quoniam SS. PP. dicunt DEVIM esse supra & extra mundum.
5. Objicitur paritas de eternitate.
6. Eadem rei queatur negando anterioritatem formalem in eternitate.
7. Disparitas inter eternitatem & immensitatem.
8. Non sequitur ex nostra sententia DEVIM posse esse divisum vel mutabilem.
9. Immensitas sequitur ad duplex attributum.
10. DEVIS ubique per essentiam, potentiam, & praesentiam.
11. Nulla creatura communicabilis ubiquitas.

§. I.

Impugnatur existentia DEI in spatiis imaginariis.

1. CONCLUSIO. DEVIS actu non est in spatiis imaginariis. Ita Thomistæ. Ratio ex dictis est primo. Deus actu ibi est, ubi operatur: sed Deus deinde nihil operatur in spatio imaginario: ergo in illo actu non est. secundum. In nihilo nihil est, inquit S. D. in 1. d. 37. q. 1. a. 3. sed illa spatia imaginaria & mundi possibilis actu nihil sunt, ergo.

Tertio. Nihil dicitur existere in rebus imaginariis, v. g. non dicimus, accidentia Eucharistia existere in subiecto imaginario: ergo etiam in spatio imaginario nihil recte dicitur existere.

Quarto. Verbum Divinum priusquam mundus sit productus, ab aeterno non dicitur sive in mundo imaginario, sed in principio aeternæ generationis, Verbum erat apud DEVIM. Jo. c. 1.

ergo enim si sunt mundi plures extra hunc mundum producibles in infinitum, tamen non recte dicitur DEUS in iis existere, sicuti nullo adhuc existente mundo ab aeterno existebat in se ipso, non in mundis possibilibus, prout testantur SS. & antiqui PP. D. Aug. in ps. 122. Antequam DEVIS faceret Calum & terram, ubi habitabat? & antequam faceret sanctos, ubi habitabat? in se habitabat DEVIS, apud se habitabat, & apud se est DEVIS.

Tertull. l. adv. Prax. c. 5. ante omnia DEVIS erat solus, & ipse sibi locus, & omnia. Dionysius Carthus. in 1. d. 37. q. 1.

Dic ubi tunc esset, cum preter eum nihil esset?

Tunc ubi nunc, in se, quoniam sibi sufficit ipse.

D. Bern. l. 5. d. confid. c. 6. similiter interrogans, ubi erat DEVIS, antequam mundus ficeret?

Respondet. Non est, quod quaras ultra, ubi erat?

preter ipsum nihil erat: ergo in se ipso erat.

Dices: Hac quidem probare DEUM non esse?

in spatiis imaginariis per praesentiam & ubicacionem relativam, non autem probare, quod DEUS ibi non sit per suam absolutam praesentiam & ubicacionem sua esse in spatiis intrinsecis, per quam non tam in spatio imaginario, quam in le ipso est ultra carlos in immensum diffusus, prout indicat S. script.

Job. 11. Excelso calo, profundior inferno, SS.

PP. passim dicentes cum D. Gregorio 2. Moral. c. 8.

& Damasceno, DEVIM esse extra omnia & ultra

omnia, omnia ambiendo terminantem, & super

omnia existentem. inquit ipse S. D. quodl. 12. a. 1.

DEVIM non tantum esse in his, que sunt, sed etiam

in imaginatis & in praeteritis, & in futuris.

Sed contra est, quod S. D. non aliam agnoscat quam relativam praesentiam & ubicacionem: &

illa DEI absoluta praesentia vel ubicatio, in intrin-

seis ac modalibus ubicacionibus fundata, sit fistula.

Ita enim d. 39. q. 2. a. 3. hinc DEO, inquit,

ab

Tractatus I. Disputatio V. Proemialis. Art. V. §. II. & III.

ab aeterno non conveniebat ubique, vel in rebus esse, cum esse ubique imporet relationem DEI ad creaturas, fundatam super operationem DEI.

Itaque esse in se ipso, non dicit praesentiam, sed existentiam, & quicquid praelens est, alicui praeſens est.

4. Script. SS. PP. & ipſe D. Th. oppositi lo-

quantur in sensu, à D. Augustino eleganter ex-
prefto in l. de nat. boni. c. 3, ubi dicit: *DEUS se-
ſupra mundum, & extra mundum non spatii loco-
rum, sed ineffabilis & singulari potentia, hoc est,
virtualem DEI contactum ad res creatas non esse
hujus universi limitibus coarctatum, quia DEUS
alia & alia in infinitum creando possit eundem
virtualem contactum in infinitum diffundere.*

§. II.

Solvuntur objectiones.

5. **O**bjeſt, tamen primò. DEUS ratione sua im-
menſitatis eodem modo se habet ubicative,
ſicut ſe haberatione ſua aeternitas durative; ſed
ratione ſua aeternitas ſe habet durative, ut verē
actu infinitè duraverit ante mundum; ergo ratio-
ne ſua immenſitatis ſic ſe habet ubicative, ut verē
actu infinitè ſit ubicatus extra mundum.

Conſim, ſicut in duratione ſe habent differentia
temporis ante & poſt, ita in ubicatione ſe habent
differentia ubicationum intra & extra, ultro & ci-
tro: ergo ſicut aeternitas DEI tanquam infinita du-
ratio ipius excedit omnes differentias temporum,
ſic immenſitas tanquam infinita DEI ubication ex-
cedit omnes ſpatium & differentias ubicationum.

6. Relp. primò permisā maj. diſt. min. & reto-
rquendo argumentum. DEUS per ſuam aeterni-
tatem infinitè duravit ante mundum, anterioritate
formali, nego, virtuali & eminentiali, concedo; ſi
quatenus nimur DEUS potuerit alias & alias
partes anteriores temporis, creare in infinitum,
quibus omnibus ſua aeternitas coextiterit: ergo
etiam DEUS ratione ſua immenſitatis ſe ubica-
tus extra mundum exteriorit vel ulterioritate
virtuali, & eminentiali, quatenus nempe potest
alia ulteriora ſpatia in infinitum condere, in qui-
bus exiftat, concedo, formali nego.

Certè D. August. 12. de Civ. c. 5, ejusdem pen-
ſi habet & moras imaginarias ante tempus, & ſpa-
tia imaginaria extra mundum, dicens: *quod si di-
cant, inaneſ effe hominum cogitationes, quibus infi-
nita imaginatur loca, cum locus nullus fit prater
mundum, responderis, iſo modo inaniter homi-
nes cogitare praterite tempora vacationis DEI,*
cum nullum tempus fit ante mundum.

7. Relp. ſecundò negando maj. ejusque ac simul
probationis paritatem. Nam aeternitas eſt proxima & immediata ratio divinæ infinita durationis
actualis, qua proinde omnes differentias create
durationis cum infinito excessu eminenter conti-
net: atqui immenſitas DEI non eſt proxima & im-
mediata ratio ipsius actualis ubicationis; hanc
quippe denominationem non nisi temporaliter &

mediante contactu immutativo creaturarum con-
ſequitur, quo non tam DEUS ipſe ſe rebus, quām
ſibi praetentes efficit, non ut in iis contentus,
ſed ut ipſas ex eſe & in ſe continens.

Obijcſies ſecundò. Sequeretur ex noſta fen-
tentia, quod DEUS poſtet mutare locum, vel eſe
à ſemelipſo diuīſis, quorum utrumque eſt abſur-
diſſimum. Prima ſequela probatur: Ponamus;
quod DEUS hunc mundum moveat motu redi-
tum, ſicut mundus non amplius occuparet hoc
ſpatium, quod modò occupat, ita nec DEUS el-
lē actu in illo loco, in quo prius fuit. Secunda
quoque ſequela probatur: Si DEUS crearet aliū
mundum, qui huic noſtro non foret contingens,
tunc DEUS ſecundūm noſtram ſententiam ellet in
utroque mundo, & tamen non efficiat in ſpatio ima-
ginario intermedio, ergo à ſe ipſo diſtaret & eſet
diuīſis.

Reſp. nego utramque ſequelam, & primam
quidem: quia DEUS non fit rebus praelens acce-
dendo ad ipſas, ſequi iis applicando, ſed ipſas li-
bi attrahendo & applicando, in quantum ipſe im-
motus eſas ē nihil educit, conservat, & ut dicitur ſep. 7. in ſe permanent omnia innovat. Secun-
dam verò ſequelam: quia DEUS non eſt modo
diuīſibili in creaturis, unde in illo caſu diuīſio &
diſtantia tantum ſe teneret ex parte creature, ſicut
ne corporis Christi in caelo existens eſt à ſe ipſo
diuīſum, quatenus exiſtente in eucharisti, quia
in eucharisti modo indiſſolubili exiſtit.

§. III.

Corollaria.

Inferes ex dictis primò. Divinam immenſitatem ad duplex attributum conſequi: nam quatenus eſt virtualiter contactiva ſpatia, ſic ad omni-
potentiam conſequit; quatenus autem haberet, ut
ſine fine & termino poſſit per infinita ſpatia di-
fundit, ſic conſequitur ad attributum infinitatis.

Inferes ſecundò. DEUM ubique eſt per eſe-
ſentiam, potentiam, & praesentiam. Per poten-
tiam (ita exponete S. D. hicq. 8. a. 3. in c.) in
quantum omnia ejus poſteſti ſubduntur, per pre-
ſentiam, in quantum omnia nuda & aperta ſunt
oculis ejus. per eſentiam, in quantum adeſt omni-
bus ut caſa eſendi.

Inferes tertio contra hereticos Ubiquistas, pra-
ſentiam ubiquitatis, ſeu eſe ubique, nulli crea-
turæ eſe communicabilem, ex S. D. hic a. 4.
Nam creature aut eſt aliquid per quantitatem mol-
lis, ut corpora, vel per quantitatem virtutis, hoc
eſt operationem, ut Angelii. Si primum, tunc
habet certos dimensiones ſuam terminos, nec pro-
inde vel in infinitum extendit, vel extra illos ter-
minos in omnibus locis replicari potest. Si ſe-
condum, tunc habet limitatam ſphera ſuam ac-
tivitatis, ac proinde ſicut nec in infinitum operari
ita nec eſe ubique potest.

ARTICULUS VI.

De immutabilitate DEI.

SUMMARIA.

- 1. Definitio mutationis.
- 2. Ejus diuīſio.
- 3. Veritas Catholica.

- 4. Quam evincunt rationes aſeitatis, aetatis puri, & simplicitatis.
- 5. Implicat creatura ſimpliciter immutabilis.
- 6. Im.

De attributis Divinis in specie.

57

6. Implicat in DEO recepicio cuiuscunque forma accidentalis.
7. Ex consensu PP. & DD.
8. Ex ratione simplicitatis, immutabilitatis, & perfectionis.
9. Rejicitur dico accidentum in decora & indecora.
10. D. Anselmi mens expenditur.
11. Infantis de Incarnatione & decretis liberis breviter occurritur.

§. I. Veritas Catholica.

Mutatio latissime accepta est *transitus intrinsecus*. **C**ausa di contradictorio in contradicitorium, quo reijam intrinsecè aliter se habet, quam ante. Unde ita lunt de conceptu mutationis. Primum est, subiectum saltum in aliquo priori signo rationis confutatur in potentia ad suum terminum, secundum est, terminus à quo amissibilis: omnis enim *translatio* (teste S. Bern.) *interemptio* est pristini, et ceterum est terminus ad quem acquisibilis. Ideo illud mutabile dicimus, quod potest de uno contradictorio intrinsecè transire in aliud contradictorium, sive se in se ipso aliter habere quam ante.

Dico *intrinsecè* & *in se ipso*. Si enim res suspicativa contradicitoriorum in se ipsa nihil intrinsecè acquirat, aut perdat, oppositæ denominations non oririuntur ex aliqua mutatione illius rei in se, sed alterius circa ipsum: quomodo Verbum de denominatur unitum humanitati Christi, quedam non erat unitum, non ex acquisitione novæ formæ & relationis à Verbo, sed acquisitione novæ formæ, perfectionis, & relationis ab ipsa humanitate; unde etiam tota mutatio est ex parte humanitatis.

Porro res aliqua potest intrinsecè mutari, vel ex principiis intrinsecis, eritque mutabilitas ab intrinsecis; idque vel in ordine ad terminum substantialem, ut corpora sublunaria in se habentia materiam, qua est radix corruptionis, vel in ordine ad terminum accidentalem, ut corpora calefacta in ordine ad motum, & Angelus in ordine ad suas operations. Vel secundò potest in se mutari principio tantum extrinseco, eritque solum mutabilitas ab extrinseco, quod sit in illis naturis, qua in se nullum habent principium, ut destructionis; sed potius intrinsecam exigentiam sua conservationis & perpetuatis, ut Angeli, visio beatifica &c, quia tamen ab aliqua causa extrinseca in esse & conservari dependent, ab eadem quoque absolute destrui, & annihilari possunt.

CONCLUSIO. *DEVS est omnimodo immutabilis*, istud de fide definitum in c. firmiter. & habetur p. 101. *In autem idem ipse es, Jac. 1. Apud quem non est transmutatio nec vice si studis obumbratio, quam immutabilitatem non tantum essentiale sed etiam accidentale explicat D. Anselmus Monol.*

c. 24. *Scit igitur semper sibi esse est omnino eadem substantiale*; ita nunquam est a se diversa *natura*, vel accidentaliter. Ecce. *Illud sine dubio verum est*; quia de summe incommutabili natura nihil potest dici, unde mutabilis potest intellegi.

R. P. Mezg, Theol. School. Tom. I.

Ratio est: Omnis mutatio vel est intrinseca,^{4.} vel extrinseca, sed utraque DEO repugnat: ergo DEUS est omnimodo immutabilis. Minor probatur: nam in primis ens à se est independens ab omni causa influxu, ac proinde neque extrinseca seu logica, neque intrinseca seu physica mutationis est capax. Secundo: actus puro & enti infinito nulla potest obesse perfectio: ergo nullam potest perfectionem, nullum esse amittere vel acquirere, nec proinde mutari: Ratio quoque actus puri omniem excludit potentialitatem, quam mutabilitas essentialiter involvit. Tertiò ratione simplicitatis: quia quicquid DEUS habet, est ipse DEUS: ergo sicut lemetipsum nec acquirere potest nec amittere; ita nihil de novo seu substantiale seu accidentale intrinsecè potest acquirere vel amittere.

§. II.

Corollaria.

Interes ex dictis primò, Esse impossibile, ut aliqua creatura sic simpliciter tam intrinsecè quam extrinsecè immutabilis, uti dicit D. August. 12. de Civ. c. 1. *Dicimus itaque immutabile non esse nisi unum verum DEVM beatum: ea vero, que fecit, bona quidem esse, quod ab illo, veram tamen mutabilitate quod non de illo, sed nihilo facta sunt.* Ratio est: sicut DEUS est ens à se, actus purus, infinitus, simplicissime suum esse & operari: sic econtra creatura essentialiter est ens ab alio, ex nihilo, ens potentiale, compositum ex essentia & esse, habens potentiam obedientiam, & operari à se distinctum, ergo sicuti è priori ratione inferitur omnimoda immutabilitas DEI: sic è posteriori rectè inferitur essentialis mutabilitas creatura tam extrinseca, quam intrinseca.

Interes secundò: Repugnare divinae immutabilitati omnem cuiuscunque formæ accidentalis receptionem. Est non tantum contra heres Calvinistæ Vorstii dicentes: DEUM defacto esse compositum ex substantia & accidente, intert que numerat libera DEI decreta, que dicit esse accidentia quadam ab ipsis substantia longè diversa. sed etiam contra quosdam RR. dum aliqui apud Henricum à S. Ignat. dist. 5. q. 2. a. 2. docent, liberas DEI volitiones esse aliquid non inhaesivè, sed adhaesivè DEO intrinsecum, & ab ejus substantia realiter adæquate distinctum. Alius vero Recent. Scotista in Thes. d. 2. de attrib. controv. 3. distinxii formas accidentales in alias, que arguant aut præsupponunt aliquam imperfectionem DEO indecoram & indignam: & in alias, que indecoram, compositionem non arguant: illatum novam receptionem dixit repugnare DEO, non item istarum.

Contra quos probatur illatum, in primis ex communī consensu omnium Doctorum, qui omnem compositionem seu divinæ simplicitati & immutabilitati repugnantem ex mente Conc. Rhemensis erroris damnant, & jam damnavit S. D. l. 1. contra gentes c. 23, dicens: ex hac

veri-

H

veritate offensa (scilicet quod in DEO nullum accidens esse possit) error quorundam confutatur, qui ponunt quasdam intentiones divinae essentiae superadditas: Ubi S. D. nihil distinguuit, sicutne forma & intentiones inhaesivae, vel adhaesivae in DEO, sed illas universaliter erroris arguit: ibidem addit, divina substantia omnino accidens non ineſt. In hanc sententiam Catholicorum DD. convenient.

Constat secundum ex definitione Leonis I. ep. 93. ad Turib. c. 5. De DEO quidquid dignissimum sentitur, non qualitas est, sed essentia: immutabiliter enim nihil accedit.

8 Constat tertio ex simplicitate DEI: quod enim ex multis & differenibus constat, compostum est, inquit D. Damasc. I. d. fid. c. 12.

Constat quartu ex immutabilitate; ut enim loco citata S. D. accidens de se natum est inesse, & non inesse, si igitur DEVS habet aliquid accidentaliter sibi conveniens sequeretur, quod ipse sit mutabilis. Est itaque, inquit D. Aug. 11. d. Civ. c. 10. bonum solum simplex, & ob hoc solum immutabile. Constat quintu ex infinita DEI perfectione superius exposita.

9 Unde plane ridicula est distinctio, in accidentia DEO decora & indecora, cum quodlibet sit maximè indecorum. utpote destructivum ipsum divina essentie & perfectionis, subiectum quippe comparatur ad accidens, ut potentia ad actum. inquit iterum S. D. infra q. 54. a. 3. ad. 2. quod verum est, sive accidens inhaeret, sive adhaeret, est enim actus aliquis dans esse accidentale.

Imò frivola quoque est illa divisio accidentium in inhaerentia & adhaerentia, cum inhaerentia saltem apertitudinalis sit ipsa accidentis essentia, & juxta Philos. 3. metaph. c. 7. ac S. D. in i. part. q. 28. a. 2. accidentis est inesse: Audii Athanatum orat. 5. non est qualitas aliqua in DEO. Apage: (NB.) indecorum enim siud est: sic enim reperiatur DEVS ex substantia & qualitate compositus, eò quod scilicet sit in substantiam & accidens. Et D. August. 4. de Trin. c. 4. 5. nihil accidens in DEO, quia nihil mutabile aut amissibile.

D. Anselmus ab Adversario allegatus nequam faverit Adversario, sed hoc solùm vult, quod de DEO de novo possint dici quædam formæ relata, & non in DEO receptæ, ipsumque intrinsecè afficienes, sed ad ipsum extrinsecè terminantes, eumque extrinsecè denominantes: ut esset Creatorem, &c. ut offendit luculentus Magnificus P. Petschacher in tract. de Incarnatione, q. 1. a. 3. §. 1. & satis patet ex ipso textu: nam in Monol. c. 24. sicut igitur summa natura accidentibus mutationem afficiens inquam in sua simplicitate, locum tribuit; sic secundum ea, qua nullatenus summe incommutabilitati repugnant, aliquando NB. dici (hoc est denominari extrinsecè) aliiquid non resupit.

Subjungit ejusmodi, formas de novo dominantes, non esse propriæ accidentia: quemadmodum illa accidentia, que mutationem aliquam accedendo, vel recedendo faciunt, ipsa suo effectu verè accidere rei, quam mutant, comprehenduntur: Sic illa, que a simili effectu deficient, impropte dici accidentia comprehenduntur. Negat deinde Divinam elementam esse à se diversam ullo modo vel accidentaliter.

Tandem concludit: quoquo modo se habeat, ratio de proprietate nominis accidentium, illud sine dubio verum est: quia de summe incommutabilitate natura nihil potest dici, unde mutabilis potest intelligi.

Obiiciunt Adversarii unionem hypothaticam, quā Verbum Divinum de novo unitum, & incarnatum intrinsecè denominatur: item libera DEI decreta, v. g. decretum creandi mundum, qua poscent à DEO abesse, potuit enim DEUS esse quæ nolle, quā velle creare mundum. Sed ad primum Respondeo: Verbum de novo denominari intrinsecè unitum, non aliud intrinsecè recipiendo, sed naturam humanam intrinsecè perficiendo, adeoque non pallivè sed activè & perfectivè. Ad secundum, divina decreta esse contingentia & posse abesse terminativæ, non autem subiectivæ: de quo infra ex instituto, ubi de voluntate DEI.

ARTICULUS VII.

De aeternitate DEI.

S U M M A R I A.

1. Diversa rerum durationes.
2. Definitio & explicatio aeternitatis.
3. Veritas fidei.
4. Sequitur aeternitas ex immutabilitate, perfectione, aetate.
5. Sine imperfessione dicitur DEVS mensurari aeternitate.
6. Nulla Creatura mensurabilis aeternitate simpliciter.
7. Aeternitas mensura aliena & extrinsecacreativa durationis.
8. Quis sensus physica existentia rerum in aeternitate?
9. Aeternitatis perfectio alia intensiva alia extensiva.
10. Tria predicata aeternitatis, infinitas, individualitas, immutabilis uniformitas durandi.
11. Praterita & futura sunt physicè presentia aeternitati.
12. Authoritas PP.
13. Non salvatur & solvit per objectivam presentationem.
14. Authoritas D. Thome.
15. Coexistencia aeternitatis probat physicam rerum presentiam.

16. Item

16. *Iam scientia visionis.*
17. *Sententia SS. PP. qui obiciuntur.*
18. *An sequatur creaturas existere ab aeterno?*
19. *Quomodo sit intelligibile, rem esse presentem,*
principium est?
20. *Quoniam rei prius sit in propria quam aliena*
mensura?
21. *Diversitas inter immensitatem & eternita-*
tem.
22. *Non destruitur successorum essentia per coexi-*
stentiam in eternitate.
23. *Quoniam sine contradictione nunc Antichristus*
sit, & non sit?

§. I.

Explicatio eternitatis & veritas
Catholica.

1. Ut mutabilitatem rerum creatarum consequitur, quod sunt tempore mensurabiles; ita immutabilitatem DEI ratione nostrâ consequitur, quod sit mensuratus eternitate. Cum enim duratio cuiusque rei, sit eius permanentia in suo esse, prout aliqua maiorem vel minorem habent essendi permanentiam, tunc magis vel minus subiecta mutationi sic variam recipiunt durationis mensuram. Ea igitur, quae imperficiissimum habent permanentiam in esse, sub fluxu & motu partes ipsius identidem carpente constitutam, tempore mensurantur: quae perfectam habent sui permanentiam, substantialis mutationis, non tamen accidentalis expertem, & saltem ab extrinsecu immutabilem, ab eo mensurantur. Ens summum & a se, quod infinitè perfectam habet esse sui permanentiam, estque omnibus modis immutabile, eternitate mensuratur.

2. Hanc cum Boëtio definiunt Theologi; quod finitemurabilis vita tota simul & perfecta posse. Vel cum S. Anselmo Monol. c. 24. interminabilis vita tota simul perfectè existens.

Dicitur primum possesso, ad significandam divinæ durationis omnimodam indeficientiam & stabilitatem: illa enim maximè possidere dicimus, quia summa & quietè habemus.

Dicitur secundò *vita*, quia *ly vita* magis exprimit ultimam actualitatem divinae essentiae, quam esse: & per illud significatur duratio entis tam quod esse, quam operari simpliciter immutabilis.

Dicitur tertio *interminabilis*, hoc est, carentis omni termino tam à parte ante, quam à parte post, tam potentia quam actu. Ex quo discernitur non tantum à creaturis in aeternum duraturis, que licet à parte post sine careant, habent tamen initium essendi; sed etiam ab omnibus aliis creaturis, si quae daretur ab aeterno: illa enim quantumvis actu non habet durationis sua initium, illud tamen habet potentia.

Dicitur quartò, *tota simul*, ad removendam duplum temporis imperfectionem, divisionem scilicet, cui opponitur *ly vita*, & successionem partium post partem, cui opponitur *ly simul*.

Dicitur quintò *perfecta*, ad excludendam imperfectam similitudinem, quae repertur in indivisibili *nunc nostri temporis*, cui non nisi momentanea

R.P. Mezg. Theol. Schol. Tom. I.

& fluxa, adeoque imperfectissima existentia convenit. Est igitur eternitas unum indivisibile & uniformiter stans nunc, in quo non habem locum fuit, vel erit, hujus nostri temporis (ut ait S. Nazianz. or. 2. de Pasch.) fluxaq. & caduca nature segmenta. Noli in ea querere quando (ait S. Augustin. in Psal. 109.) eternitas non haber quando: quando & aliquando adverbia sunt temporum. Omnes tamen itas temporum differentias seu suprema & infinita durandi mensura in le eminenter colligit.

DEUM aeternum esse, & suam eternitatem fide 3.

certum est ex Symb. Athanasii. & Concil. Later.

sup. cit. Habetur expressum in S. Scr. ut Mich.

5. Egressus eius ab initio à diebus eternitatis.

& Psal. 89. Prinsquam montes fierent, aut forma-

retur terra & orbis a seculo & usque in seculum tra-

es DEVS. Est communis non tantum SS. PP.

& Catholicorum, sed Boëtio teste, cunctorum ra-

tionem degentium commune judicium.

Ratio est: quod eternitas significat praesentissi-

mam, omnimodè indefessibilem, & maximè uni-

formem permanentiam, seu diuturnitatem estendi:

sed haec convenit DEO tanquam Enti à se infinitè

immutabili. ergo.

Hinc eternitas sequitur primum ex immutabili-

tate DEI: nam quod est simpliciter immutabile

quoad esse & operari, nec incipere potest, nec

desinere, unde & D. Fulgent. de fide ad Petrum.

c. 7. Firmiter tene, & nullatenus dubites, DEVM

sicut immutabilem, ita solum aeternum esse. D. quo-

que August. l. d. natura boni. Summum bonum,

quo superius non est, DEVS est; ac per hoc incom-

mutabile bonum est, & ideo vere aeternum & vere

immutabile. Sequitur secundum ex infinita per-

fectione in genere entis: huic enim debetur dura-

tio perfectissima, qualis est eternitas. Sequitur

tertiò & ultimò ex aetate, nam ens à se habens

esse per essentiam, est ens necessarium, carens prin-

cipio & fine essendi, ac proinde est aeternum.

Neque existimes, aliquam imperfectionem in

DEUM inferi, si dicatur eternitate mensurari:

eo quod mensura distinctionem, terminationem,

ac dependentiam connotet ex parte mensurati.

Nam id solum procedit de formalis, extrinsecis,

& excedente mensurâ: non de virtuali, intrinseci-

câ & adæquatâ cum suo mensurato: quae cum co-

dem non per applicationem extrinsecam, sed per

identitatem conjungitur, qualcum solum divini

esse mensuram per eternitatem intelligimus.

Ex quibus inferes, nullam creaturem intrinsecè

posse mensurari eternitate simpliciter tali, quae

nimirum excludat principium essendi, tam actu

quam potentia. quia hic modus durandi formaliter

consequitur omnimodam immutabilitatem,

qua creature convenire non potest. Ceterum

major est difficultas, quomodo eternitas sit men-

sura rerum in tempore existentium & successivè

transientium? cum enim S. D. q. 14. a. 3. dicat:

omnia, que sunt in tempore, esse DEO ab aeterno

praesentia, dicitur inter Auth. an hoc intel-

ligendum de praesentia solum objectiva, intentio-

nali, & in esse cognito, quatenus DEUS in suis

ideis rationes objectivas rerum futurarum & praes-

teriorum apud se habet, vel etiam de praesentia

reali

H 2

reali & physica. Priorem partem cum Scoto sequuntur plerique DD. e Soc. Posteriorem Thomistæ. Sit ergo.

§. II.

An præterita presentia & futura sint DEO physice presentia in eternitate DEI?

¶ Notandum primò. Sicuti res omnes sunt pro intrinseca & propria mensura habent creatam durationem, vel avi, vel temporis, ita pro extrinseca & aliena mensura habere eternitatem DEI: quippe quæ infinita in genere durandi & mensurandi omnem finitam durationem in se eminenter continet.

8. Notandum secundò. In hac questione, quæ magis in modo loquendi & explicandi, quam in re ipsa haber difficultatem, non esse sensum, utrum res futura per quamdam anticipatum sui productionem distingam ab ea, quæ productus in tempore, realiter ab aeterno existant? constat enim ex fide, quæcumque producta sunt, in tempore esse producta: sed utrum aeternitas ratione sua infinita continentia se se virtualiter extendens ad omnes temporum differentias, eadem cateroquin in sua intrinseca natura fluentes ac transentes; in sua incommutabili & indivisibili similitudine faciat extrinsecè presentes, & ex propria ratione aeterna mensura à DEO praesentialiter cognoscibiles. Unde

9. Notandum tertius. Sicut in aliis divinis perfectionibus; ita etiam in aeternitate DEI posse considerari duplum perfectionem, intensivam & extensivam. Intensiva est, quatenus est ipsi divina substantia infinita durandi ratio, seu infinita & incommutabilis permanentia essendi. Extensiva est, quatenus in se indivisibilis & immobilis eminenter aequivalat omnibus partibus & differentiis temporis continuo & discreto, tanquam suprema mensura & causa omnium durationum. Unde sicut in divina bonitate omnes creables bonitates, in veritate increata omnes veritates participare, sic in aeternitate continentur & resplendent omnes durationes possibles, & siquidem sunt per decretum determinatae, etiam durationes futurae.

10. Notandum quartò. Tria esse prædicta aeternitatis bene ante oculos habenda. Primum est, infinitas durandi, ratione cuius omnes inferiores durationes eminenter continet, iisque aequivalent. Secundum est, indivisibilitas, ratione cuius non potest per partes, quas nullas habet, temporaneas & successivas durationes coexistere; sed necessario le tota singulis partibus durationis virtuiter coextenditur; quemadmodum anima in se formaliter indivisibilis toti corpori, & corpus Christi proper indivisibilem modum existendi omnibus & singulis specierum Eucharisticarum partibus totum coexistit. Tertium est, immutabilitas uniformitas, per quam aeternitas, quidquid semel mensurat ac possidet, invariabiliter mensurat ac possidet. Unde aeternitas non se habet ad instar baculi in fluvio defixi, ut sicut ille partibus aqua successivè alluentibus sit præsens unum post al-

lam expectando; sic illa rerum in hoc orbe sibi succendentium vices in se tamen inviatas expectet, & tunc demum eas mensuret, iisque coexistat, cum in propria duratio extra causas posita fuerint: nam expectare rerum successionem & fluxum, unum mensurare post alterum circumscriptarum & mutabilium durationum sunt propriæ. Anselm. Monol. c. 22. & cum aeternitas simulante infinitè immutabili & indivisibili repugnat. Finge animo infinitum tempus; certe infinito tempore quidquid fuit, vel erit, coexistet, licet non toti tempori, sed aliis atque aliis ipsis partibus. Quod si per impossibile non haberet partes, jam omnis duratio ipsi toti coexistet. Ita enim verò de aeternitate sentendum: est nimirum infinita duratio, & ita ipsi coexistere est occasio, quidquid unquam existit; cumque rursus sit indivisibilis, & tota simul, quicquid ipsi coexistit, toti coexistit. His positus sit.

CONCLUSIO. Non tantum ea, que existunt, sed quæcumque præterita & futura aeternitate divine physice sunt presentia. Probatur primò e S. script. Nam Apost. ad Hebr. 1. loquens de Filio dicit: per quem fecit & secula, sed in taculis quadam etiam sunt futura: ergo coram DEO etiam futura sunt facta: si facta: ergo non objectivè tantum præsentia.

Rursus ad Rom. 4. de Abraham ita loquitur: Patrem multarum gentium posuit ante DEVIM, qui vocat ea, que non sunt, tanquam ea, que sunt. Ubi, quod in se ipso erat futurum, explicat per verbū de præterito, posuit, ut ostendat, etiam futura DEO (ante DEVIM) jam esse præsentia: quod etiam ratione confirmat, cum dicit: qui vocat ea, que non sunt, tanquam ea, que sunt. quod diceret: sic intuetur facienda, sicut facta, nec minus futura sunt ipsi præsentia, quam ea, quæ jam sunt facta. Tandem Job. 14. dicitur: Numerus mensum ejus apud te est; ubi ly est, exprimit temporum nostrorum coram DEO stantem præsentiam; ita exponente D. Gregorio 12. Moral. c. 1. quoniam apud omnipotentem DEVIM etiam labentia sunt, apud eum esse numerum mensum nostrorum peribit.

Probatur secundò authoritate SS. PP. in primis. S. August. 4. de Trin. c. 17. apud DEVIM, inquit, præterita & futura stant, & l. 5. c. 16. apud DEVIM nec præsentia transeunt & futura jam facta sunt. S. Greg. M. 20. Moral. c. 23. in aeternitate nec præterita, nec futura reperiuntur, sed cuncta mutabilitas immutabiliter durant, & que in se ipsis existere simul non possunt, illi simul omnia assunt, nihilque in illa præterit, quod transiit, quia in aeternitate modo quodam incomprehensibili cuncta volumina seculorum manent, curreunt, stant. S. Petri. Dam. ep. 4. de omnip. DEI c. 8. omnia que apud nos elabendo discurrunt, & per temporum vicissitudines se variant, apud illud bodic (aeternitatis) stant & immobiliter perseverant. In illo hodie dies ille adhuc immobilis est, in quo mundus illi sumptus originem; in illo jam & ille nihilominus est, in quo judicandus est per aeterni judicii equitatem. Boetius de consol. Coram DEO præsentia non transiunt, fixa stant, futura non expectantur, omnia sunt simul, etiam nobis successiva. Ex his portio & cijul

& ejusmodi pluribus authorit. quas refert Ruiz dñp. 29. fecl. 4. & Reding controv. 3. n. 5. vides script. & PP. de futuris respectu DEI loqui, illa jam facta esse, simul durare, agere, fixa stare immobilitate perseverare, &c. que omnia rerum praesentiam physicam in DEI aeternitate locumuntur.

13. Responde; objectivam quidem praesentiam per hanc & similia astrui, non physicam & realem, sed contra est primò: quod si SS. PP. intelligentem intentionalem & objectivam rerum fluentiam praesentiam omnibus cognoscitibus communem, frustra illam S. Greg. l. c. incomprehensibilem. Greg. Nyss. l. 1. contra Eunom. inexplicabilem, dixit, frustra hac. S. Anselm. Monol. c. 22. dicit, tam contraria secundum prolationem, tam necessaria secundum probationem. Contra est secundum, quod per objectivam praesentiam non rectè dicunt aliquid factum esse: uti nec crastina dies, quantumvis in mea cognitione praesens, rectè dicunt illuxisse. Contra est tertio, quod praesentiam tantum objectivam optimè stat cum vera & propria praesentia futurorum: imò hæc non potest esse fin illa: atque SS. PP. negant in DEO propriè dari praesentiam futurorum, eò quod tempore ipsum nihil sit futurum. Ita S. August. l. 2. ad Simplici. q. 2. quid est praesentia, missentia futurorum? quid autem futurorum est DEO, qui omnia supercedunt tempora? S. Anselm. l. d. casu diab. c. 21. Praesentia DEI non propriè dicitur praesentia; cui enim omnia semper sunt praesentia, non habet futurorum praesentiam, sed praesentiam scientiam. Contra est quartò, quod SS. PP. loquuntur de aeternitate seu speciali attributo, sed attributum aeternitatis non pertinet ad genus cognitionis sed durationis realis; ergo quatenus causat praesentiam rerum, non causat praesentiam objectivam, sed realem.

14. Probatur tertio auctoritate D. Thoma, cuius mens pro veritate nostra conclusionis ita ostenditur S. D. praesentiam futurorum in aeternitate distinguunt ab illa, quam habent in cognitione: ergo illa praesentia non est objectiva, sed realis. Conseq. est manifesta, quia aliud modus praesentia non est alignabilis. Antec. prob. primò, hic, q. 14. a. 13. docet S. D. quid omnia que sunt in tempore, sunt DEO ab eterno praesentia, non solum ex ratione, quia haber rationes rerum apud se praesentes (ut quidam dicunt) sed quia eius intuitus futuris ab eterno super omnia, prout sunt in sua praesentialitate. Ecce S. Doct. opponit & contradicunt praesentiam, quia res DEO in sua praesentialitate sunt praesentes, ab illa objectiva, quia hinc praesentes in cognitione & idcirco, per quas rationes rerum habet apud se.

Secundò hanc ipsam distinctionem clarius exprimit in 1. dist. 38. q. un. a. 5. in c. ubi dicit: quid DEUS omnia contingencia in temporibus diversis ab eterno praesentialiter videt, non tantum ut habentia esse in cognitione sua, ergo prater praesentiam in esse cognito, agnoscat aliam, quae non alia potest esse, quam realis & physica.

Tertiò juxta S. Doct. cit. q. 14. DEUS futura cognoscit praesentialiter, prout unusquodque eorum est alio in se ipso; sed praesentia, quia sunt acta in seipsis praesentia, est realis & physica, non

tantum objectiva, quae habetur sufficiens per speciem rei.

Quarto. Idem S. Doct. ex eo probat, quod DEUS praesentialiter cognoscit omnia futura, quia sunt praesentia in aeternitate: ergo distinguit praesentiam quam habent in aeternitate, à praesentia, quam habent in cognitione. Conseq. prob. quia si S. Doct. per praesentiam in aeternitate solum intelligenter objectivam praesentiam in esse cognito, probaret idem per idem, efficeret perinde, ac si diceret: idcirco videt DEUS omnia praesentia, quia videt omnia praesentia, cum objectiva praesentia nil aliud sit, quam simul cognosci. Antec. vero constat ex cit. a. 13. q. 14. in c. illis verbis: licet contingencia sicut in alio successore, non tamen DEVS successore cognoscit contingencia prout sunt in suo esse, sicut nos, sed simul: quia sua cognitio mensuratur aeternitate, sicut etiam suum esse. Aeternitas autem tota simul existens ambit totum tempus, &c. Et 3. con. Gent. c. 154. futura contingencia soli divina cognitioni subsunt, quia ea in se ipsis videt, cum sint ei praesentia ratione sua aeternitas. Similia habet q. 2. de ver. a. 12. & alii plur. locis.

Quinto S. Doct. negat l. supr. cit. & l. 1. contra Gentes c. 66. res sibi invicem esse praesentes, quae sunt DEO praesentes in aeternitate; sed per objectivam praesentiam sunt sibi quoque praesentes, ergo S. Doct. aliam praesentiam intelligit, quam objectivam.

Probatur quartò ratione. Illud omne est praesens in aeternitate, secundum esse physicum, cuius reali durationi aeternitas DEI indivisibiliter coexistit, sed aeternitas DEI coexistit indivisibiliter omniū creaturarū reali durationi: ergo illa omnes sunt in aeternitate DEI praesentes secundum esse physicum & reale. Major probatur: Ceterum est, quod aeternitas tanquam suprema & infinita duratio, coexistat omni omni rei physicè in aliquā temporis differentia producēt. Vel ergo omnibus coexistit tota simul uniformiter & immutabiliter; vel non? Si secundum, jam contra hypothesis non esset aeternitas: hæc est enim immutabilis & indivisibilis duratio, unum praesentialiter sicut nunc. Si primum habetur intentum: quia si omnibus tota simul coexistit aeternitas, omnia facit sibi praesentia, & quidem juxta suam physicam durationem & existentiam: quid enim est aliud praesentia, quam coexistentia? Minor est certa: quia aeternitas DEI quatenus infinita ambit omne tempus, omnemque durationem realem; quatenus indivisibilis, sic tota affluit omnibus, & non per partes. quatenus immutabilis in ratione mensura, sic non exspectat adventum unius temporis post aliud; sed suo modo nempe praesentialiter & immutabiliter cuncta mensuratur. Si anima indivisibilis omnibus partibus corporis, quamvis diversa loca occupantibus indivisibilis tota affluit, & indivisibile centrum correspondet omnibus lineis a centro ad peripheriam ducitis.

Probatur quintò. Nisi creatura DEO essent 16. physicè in aeternitate praesentes, DEUS ab eterno non haberet de futuris scientiam visionis: conseq. praesentia est absurdum. ergo. seq. prob. Scientia visionis est cognitione rei in se physicè praesentis; sed si creatura non sunt in aeternitate DEO praesentes,

DEUS

H 3

DEUS ab aeterno non habet cognitionem de ipsis, ut in physicè praesentibus: ergo de ipsis ab aeterno non habet scientiam visionis. Majorem infra ostendemus, minima est ex se clara.

Confirmatur. Si res aliquando sint DEO physice praesentes, aliquando non sint physicè praesentes, sequitur scientiam DEI de rebus fore mutabilem. Conseq. est absurdum: ergo. Sequela probatur. Illa scientia aliquando esset, & aliquando non esset intuitiva, quando physicè non existerent: ergo esset mutabilis.

Ais: tantum fore mutabilem extrinsecè & ex parte rei visa, non autem intrinsecè & ex parte visionis. *Contra est primo.* Quod visio sit actus immanens, qui absque intrinseca immutatio videntis aliter se habere non potest. *Contra est secundo.* Si decretem DEI de ponendo Antichristo transiret in Decretum de non ponendo Antichristo, non esset extrinseca, sed intrinseca mutatio ex parte actus, ergo si scientia intuitiva transeat in non intuitivam & abstractivam, vel è converso, non tantum erit extrinseca, sed intrinseca mutatio ex parte actus. Non enim minus scientia est actus immanens DEI, quam Decretum.

§. III.

Solvuntur objectiones.

Obijc. primò authoritatem SS. PP. è quibus D. August. l. 1. de Gen. ad lit. c. 18. dicit: *Res antequam fierent, erant, & non erant: Erant in DEI scientia, non erant in sua natura.* Ubi videtur exclusa physicè praesentia solam objectivam admittere. Rursus tert. II. de v. Ap. DEVS habet electos suos apud semetipsum non in sua natura, sed in præsencia sua. Huius pertinent plura dicta SS. PP. copiosè congesta ab Henr. à S. Ign. n. 106. & sequentibus ubi dicunt, *omnia ante conspectum DEI presto esse, ipsum cuncta praesentem videre, &c.* que omnia videntur tantum indicare præsentiam in esse cognito. Hoc ipsum videtur velle S. D. q. 12. d. Ver. a. 3. dicens: *quod ea, qua in se ipsis non sunt, apud DEV M existant, in quantum sunt ab ipso cognita & preordinata.*

Resp. Cum SS. PP. & S. D. l. cit. affirmit praesentialitatem cognitionis, non ideo negare, sed affirmare creaturatum præsentiam secundum realen durationem, quippe quæ fundamentum est præsentia & cognitionis intuitiva. Hinc D. Th. 3. contra gent. c. 154. sup. citato, causam visionis reddit, *cum sint et præsentes ratione sua aeternitatis.* Et D. Aug. Solil. c. 12. quod ego per successus dierum & temporum hinc ad milia annos huius temporalitatis exspecto, in conspectu aeternitatis tua jam factum est, & quod futurum est, jas factum est.

Cum igitur D. Augustinus negat aliquid esse coram DEO in sua natura, loquitur de creaturis in sua propria mensura, intrinseca duratione, & passiva immutacione consideratis: sic enim utique omnia sunt in tempore condita.

Obijc. secundò. Si DEO omnes creature essent physicè praesentes in aeternitate, tunc omnes eidem ab aeterno physicè coexistenter: sed hoc imprimit repugnat S. script. ex qua constat, omnia incipiente in tempore. Repugnat secundò doctrinæ

fidei, quæ dicit nihil fuisse ab aeterno praeter unum DEUM &c. Repugnat tertio dictis SS. PP. qui agnoscunt aeternitatem fuisse, antequam essent creature; sic enim D. Augustinus 12. d. Civ. c. 28. *Si potentiam suam DEVIS à rebus subtrahat, ita non erunt, sicut antequam fuerint, non fuerint: ante dico aeternitate, non tempore.* Repugnat quartu ratione, qui vel coexistenter secundum mensuram propriæ durationis, vel secundum mensuram aeternitatis: non secundum mensuram propriæ durationis, ut pater; non secundum mensuram aeternitatis; quia haec non est ipsius ratio durandi, sed DEO. Aut si ipsius esset etiam ratio durandi ab aeterno, esset etiam ratio infinitè & in aeternum durandi, cum hoc sit proprium aeternitatis.

Resp. neg. seq. maj. quia creaturam esse ab aeterno vel coexistenter DEO ab aeterno, significat creaturam secundum esse suum intrinsecè passivè immutatum, adeoque in propria durationis mensura coextendi ad totam aeternitatem, quod falsum est: creaturam vero esse DEO præsentem in aeternitate, tantum significat infinitam durationem divinae aeternitatis virtualiter coextendi secundum aliquam virtualem sui partem, ad illam ipsam durationem & differentiam temporis, in quâ creatura aliquando erit producenda, jamque hoc ipso propter suam infinitam præsentialitatem divinæ coniectui tanquam productam & sua aeternæ actionis realem terminum extrinsecè connotatum præsentare (quod etiam voluit S. D. cit. a. 13. in c. dicens, *omnia que sunt in tempore, DEO esse ab aeterno præsenta.*)

Unde propriè loquendo potius esset dicendum aeternitatem coexistere futuri, quam futura aeternitati: cum ratio præsentia, non sit extensio existentiae creatæ ad aeternitatem sed virtualis extensio aeternitatis ad durationem creaturæ. Cum igitur objecta authoritatis tantum loquantur de rebus quatenus passivè immutatis & in propria durationis mensura consideratis, nihil nobis officiunt.

Ad objectam rationem. Resp. creaturas DEO coexistere in aeternitate tanquam mensura extrinseca, ad quod non requiritur, ut aeternitas sit ipsius creaturæ ratio durandi; sed quod tanquam suprema & infinita mensura durandi ad omnem temporis differentiam, omnemque creatam durationem sese virtualiter extendat, eamque extrinsecè

connotet. Obijc. tertio. Est inintelligibile, quod res, quæ nondum sunt, sint præsentes; & quæ nondum existunt, coexistent: sed hoc dicitur in nostra sententia, quid enim est aliud, futura secundum esse reali physicum esse præsenta in aeternitate, quam coexistere aeternitati, priusquam sint? non enim sunt, antequam per se passivam immutationem proprium esse & in propria mensura acceperint.

Resp. Est inintelligibile, ut aliquid sit præsens, antequam sit per coextensionem & quasi retro tractationem sui esse realis & produci ad mensuram excedentem, conc. per ipsius aeternitatis etiam mensura excedentis virtualem coextensionem ad illam ipsam durationem, in quâ aliquando est, & per ipsius extrinsecam connotationem, nego hoc enim

enim nequaquam est inintelligibile, sed omnino venitum: quia per hoc (ut recte explicat Contraf. & Jo. a S. Th.) nil aliud volumus, quam quod ex supposito, quod creature vi divini decreti fiant secundum esse suum reale terminus divina & aeterna actionis, nondum quidem passim immutans, & in sua mensura productus, sed tamen connotatus, hoc ipso aeternitas DEI ex propria sua linea illum terminum ejusque, temporaneam productionem & durationem exhibeat, non certe ut futuram, quod repugnat infinita ipsius & indivisibili immutabilitati, sed simultanea & praesentialiter, ita quidem ut si per impossibile Dominus DEUS res futuras & creatas non cognoscere in suis ideis, tamen illas in sua aeternitate propter eminentem continentiam omnis creaturae durationis cognosceret: ut clare indicat S. D. infra q. 97. a. 3. DEUS vider omnia in sua aeternitate, que cum sit simplex, toti tempori adegit, & ideo conclusio: *Quod ideo nunc DEI in eternis transformatur in omnia, que aguntur per totum tempus, sicut in praesentia.*

Sedicas, hanc praesentiam esse tantum objectivam, erit nobis quæstio & diffensio de nomine: interim, cum res futurae secundum esse & durationem physicam sint termini divinae actionis, & ad illa se divina aeternitas virtualiter coextendat; mentio dicuntur secundum esse physicum esse praesentis in aeternitate.

Obijc. quartu. Pridus debet res esse in propria mensura, quam in aliena; sicut nec potest esse in alieno loco, nisi mediante loco proprio, unde si qua res per possibile vel impossibile nullam habet durationem, etiam mensurari non posset aeternitate; sed futura nondum sunt in propria mensura: ergo nec in aliena.

Resp. Debet esse pridus in propria mensura, vel ut mensurante, vel ut mensurata conc, ut actu mensurante, nego. Sed futura nondum sunt in propria mensura, ut mensurante, concedo, ut mensurata, nego minorem & conseq. Senbus distinctionis est, quod eisdem sit impossibile, ut aeternitas DEI se extendat ad aliquam rei esse physicum, nisi illud esse habeat aliquam durationem; (modo cum duratio ipsa sit ens reale, etiam ipsa debet esse praesens aeternitati) quia tamens ipsa duratio prout est aeternitatis praesens, non exercet suam successionem, ratione cuius mensuratis futuras, ideo res sunt DEO praesentes in sua duratione & tempore, non tamen ut mensurante & rebus mensuratis successivè applicata, sed ut mensurato, quatenus ad singulas illius partes lege extendit simultanea & uniformis aeternitas DEI.

Inistas primu. Non potest alii convenire praedicatum in aliena mensura, quod ipsi repugnat in propria; sed DEO simul coexistere successiva, v. g. diem hodiernum & crastinum, item contraria in eodem subjecto, ut mortem & vitam, laetus & lacrimas, peccatum & gratiam, &c. repugnat rebus in propria mensura, ergo etiam in aliena.

Resp. dist. maj. Quod repugnat in propria mensura, repugnat etiam in aliena, non sit praedictum accidentale conveniens ex modo essendi in superiori mensura, concedo; fecus; nego: ita

enim Corpori Christi D. ex modo essendi in Eu- charistia convenit esse invisibile, cui ex modo es- sendi in celo oppositum convenit.

Et similiter licet successivis repugnet simultas, ut etiam contraria in eodem subiecto, quia ta- men id solummodo ex modo essendi in propria mensura habent, quem superior & infinita mensura aeternitatis absorbet, & ad suæ indivisibilis & immutabilis praesentialitatis modum trahit; ideo in illa superiori mensura repugnantiam amittunt.

Instas secundu. Quæcunque coexistunt si- mul uni tertio indivisibili, coexistunt simul inter se: sed successiva & contraria per nos simul coexistunt uni indivisibili *Nunc aeternitatis: ergo si-* mul coexistunt inter se, quod implicat,

Respondeo. Quæcoexistunt adæquatè uni tertio, tam formaliter quam virtualiter indivisi- bili, simul coexistunt inter se concedo; quæ in- adæquatè coexistunt uni tertio, formaliter qui- dem indivisibili, divisibili tamen virtualiter, ne- go: sed successiva & contraria, Adamus & Anti- christus, gratia & peccatum, mors & vita, non coexistunt adæquatè, sed inadæquatè eidem *Nunc aeternitatis* ut virtualiter divisibili: quia produc- tio Adami v. g. coexistit aeternitati secun- dum aequivalentiam, quam habet *Nunc aeternitatis* cum illa differentia temporis, in qua Adamus sicut productus: Antichristus vero coexistit aeternitati secundum aequivalentiam, quam *Nunc aeternitatis* habet cum illa differentia temporis, in qua futurus est Antichristus.

Objic. quintu. Immenitas quantumcumque 21, infinita iuxta nostram sententiam non se extendit ad spatia imaginaria, & creaturas nondum ex- stentes, quia à parte rei nihil sunt; ergo nec aeternitas DEI se extendit ad tempora futura, quia adhuc nihil sunt. Consequens patet: quia si- cut aeternitas est ratio durandi; sic immenitas est DEO suprema ratio ubicandi,

Confirmatur. Creaturae non sunt ubique in Immenitate tanquam ubicatione ubique mensu- rante & locante: ergo nec sunt semper praesentes in aeternitate tanquam duratione semper mensu- rante.

Resp. Disparitatem esse, quod immenitas DEO non sit ratio actualiter occupandi spatiū, vel existendi in creaturis, nisi mediante contactu virtuali sua operationis: in nihilo autem nihil operatur. Econtra aeternitas est ipsi immediata & infinita ratio durandi, quæ ex suppositione, quod aliquid si futurum vi divini decreti, non potest se non ad illud, seu terminum divinae actionis extendere, & illud connotare.

Ad 2. patet disparitas, cum, quod falso supponunt Adverbarii, immenitas non sit immediata formalis ratio locandi, sicut econtra aeternitas est formalis ratio durandi. Imò vero si immen- sitas esset immediata ratio locandi, foret in hoc paritas, quod sicut per aeternitatem cuius mensurae sunt DEO praesentes, sic per immen- sitatem infinitam & formaliter indivisibilem mensuram ubicandi, omnes creature ubique fiant à DEO indistantes, quod defacto certissimum est: non tamen ideo sequitur, creaturam aliquam fore

fere ubique: quia immensitas faceret illam indistinctam non secundum se totaliter, sed secundum sui partem virtualem, quatenus nempe aequivallet loco proprio determinato creatura: & sic pariter non sequitur, quod creatura sit eterna, vel ab eterno, quia eternitas illam DEO facit presentem non se tota, sed secundum illam partem, vel (ut appellant) simum virtualem eternitatis, secundum quem correspondet propriæ durationi & mensuræ creatæ, ac certæ temporis differentiæ.

2^a. Inferes ex dictis primò. Quanvis omnia successiva etiam contraria & repugnantia, mors & vita, peccatum & gratia sunt simul presentia in eternitate, non tamen destrui ipsorum essentiam successionem aut contrarietatem, quia illa presentia est ipsis extrinseca, non intinseca;

nempe praesentialitate eternitatis se ad illa extendit, non praesentialitate sua durationis ad eternitatem se extendit.

Ipsa quoque eternitas non adiquatæ, sed virtualiter inadiquatæ ad illa extendit, ita nimis, ut secundum aliam perfectionem virtualem exhibeat Judam Apostolum, secundum aliam partem Judam proditionem; secundum aliam partem virtualem Antichristum natum, secundum aliam mortuum. Unde

Inferes secundò. Utramque propositionem si, ne contradictione verificari posse: Nunc Antichristus est, nunc Antichristus non est: si nimis in prima propositione ly nunc significet mensuram alienam & Nunc eternitatis; in altera vero mensuram propriæ durationis.

DISPUTATIO VI.

|DE

Existentia & possibilitate visionis DEI.

Consideravimus DEUM, ut in se est, nunc triplum contemplamur, prout est in cognitione nostra: quod triplici modo fieri potest. Primo quidem naturali & abstractivæ cognitione, quæ ex visibilibus effectibus, invisibili DEI intelliguntur: quomodo DEUM à nobis cognosci, nec invincibiliter ignorari posse initio dictum est. Secundò cognitione supernaturali, sed obscurâ tamen, & abstractivæ, quæ ex lumine & habitu dei procedit, suo loco discutienda. Tertiò clarâ

ARTICULUS I.

An DEV M clare videri per gratiam sit possibile?

S U M M A R I A.

1. Hæresis contra presentem doctrinam & contraria Catholica veritas.
2. Exponuntur objecta testimonia S. script.
3. Et authoritates quorundam SS. PP.
4. Beati de facto DEV M vident.

Amenorum error fuit, quos refert Armachanus l. 14. c. 1. & cuiusdam Almarici tempore Innocentii III. quod DEUS per nullam potentiam ab aliquo intellectu creature intuitivè videri possit. Cujus opposita sententia est de fide ex SS. litteris 1. Jo. 3. videmus nunc per spectulum in anigmate, tunc autem facie ad faciem &c. Taliæ habentur Matt. 5. & Matt. 18. Ex qua infallibiliter sequitur altera pars conclusionis: quia actus probat potentiam, & confirmat speciali ratione S. Doctor: Possibile est ut creatura rationalis confeatur suam beatitudinem: sed ejus beatitudo consistit in clara visione DEI: ergo possibile est ut creatura rationalis DEUM videat.

2. Neque obstante primò illa script. loca, quibus negari videtur possibilis creatæ visionis, uti

& intuitivâ, quæ DEUS ut in se est, cognoscitur, & per analogiam ad visionem corpoream, visa appellatur, verè visa magna! Ex 2. quæ mentes beatæ Regem in decoro suo videbunt. Il. 33. non amplius in umbra fidei, sed luce gloria, non in anigmate, sed facie ad faciem. 1. Corinth. 13. Hujus existentiam & possibiliteratatem presenti disputatione disquirimus, & à certis ad incertiora progredimur.

cum 1. Tim. 2. DEUS dicitur invisibilis, &c. 6. quem nullus hominum vidit, sed nec videre potest. & 1. Jo. 1. DEV M nemo vidit unquam. Nam Resp. Hæc loca secundum SS. PP. interpretationem intelligenda esse juxta contextus diversitatem vel de visu corporeo, vel de visione, que fit viribus ac lumine naturæ, vel in hac vita secundum legem DEI ordinariam, vel tandem de visione comprehensivæ DEI, qualem non tantum haberi posse, sed se ipsis de facto habere, jactabant heretici Anomæi, ut refert Theodoret. 1. 4. heret. fab.

Neque obstante secundò authoritates quorundam SS. PP. velut Hieron. in c. 1. Isaïa dicentes, nullam creaturam videre faciem DEI juxta naturam sua proportionem. S. Basil. l. 1. contra Eunom. Substantiam DEI esse omnibus, præterquam Virginem, & Spiritui S. invisibilis. S. Christof. ho. 14. in Jo. nec Prophetas, nec Angelos DEV M vidisse, sed solum filium & spiritum S. Dicendum enim est cum S. D. huc a. 1. ad 1. Hos aliosque SS. PP. de quorum mente & sensu aliunde